

TABVLARVM RVDOLPHI

Cap. 10. 22 addenda est ad exscriptum ex Declinationum columnâ 22 24 27. sicut sub-

Arcus	Logar	Ans
82 35 34	327	
72 46 27	6370	17349
62 12 8	6257	16995
4 45 30		345

Præcepto 31. Percept. 199

Præcepto 32. Percept. 199

Præcepto 33. Percept. 199

DATA ALTITUDINE SIDERIS, CUPUS EST NOTA LONGITUDO ET LATITUDO, INDAGARE DISTANTIAM EJUS A MERIDIANO, & HUIUS COMPARATIONE CUM LOCO SOLIS, HORARVM.

VSPS præcepti creber est in omnibus exercitiis Mathematicis. Præcipuè Arabes & Genethiaci parturientibus astantes, hac observandi temporis ratione soliti sunt uti, pro eo quod nos utitur horologii, quæ vel ponderibus, vel tensione laminarum incitantur. Et communiter quidam eligunt Fixa clara: sed postimus nos jam etiam uti Planetis, ut evidentioris observationis: etiam Sole, de die; etiam Luna, de nocte turbida, cum latent stellæ cæteræ.

Præcepto 31. Secundum præcept. 122

Quod si utitur Sole, sufficere potest modus Cap. XII. Lunæ loco vero si utitur, tunc est computanda Parallaxis altitudinis observatæ, eique addenda; subducenda verò de distantia à vertice, si hæc non illa, instrumentis erit quæ sita. Si verò computato loci Lunæ processit usque ad visibilem, adhibitis scilicet parallaxibus longitudinis & latitudinis: tunc in altitudine observatâ, id est, visibilem, nihil erit murandum.

Sive igitur Lunâ utitur sive stellâ, extra Eclipticam collocatâ: primùm ex ejus longitudine & latitudine notis, constituenda est Asc. Recta & Declinatio, secundùm Præceptum prius; De reliquo processus insitit Triangulo inter P. poli, V. verticem, & S. sidus; in quo cum sit querendus Angulus VPS, ut quem metitur arcus Æquatoris, seu distantia sideris à Meridiano; subordinatur invicem PV. compl. alt. poli, & PS. distantia sideris à Polo elevato, seu minor ea sit Quadrante, per subtractionem Decl. Sept. seu major, per additionem Meridianæ: & subtractione factâ minoris à majori, differentiâ subtrahatur VS. dist. sid. à vert. (quæ nunquam est minor differentiâ dist. nec tamè major sumâ illarum) hæc est alt. sideris complementum ad Quadrantem. Horum sic subordinatorum & sumâ fiat & differentia, & hiarum semisses ponantur ad latera. Hæc factâ preparatione, Log-i PV. PS. conjiciantur in unam summam, sic etiam Log-i duorum semissium, in summam alteram. Tunc subtractione factâ sumæ unius ab altera, residui semissis, ut Log-us, ostendit semissem angull VPS. quæriti.

ECCE OPUS.

Esto VP	39 54	Logar	44402
Esto PS	101 14	Lo	3999
Differen	61 30	Summa	46395
Esto PS	65 20		
Summa	126 50	Sem	63 25
Differen	3 50	Lo	111 73
		Summa	339 782
		Summarum differen	304560
Prodit VPS	25 11	Sem	12 36
			152280

Hæc, sidere cadente, additur ad ejus Asc. Rectam; surgente, aufertur ab ea; sic constituetur Asc. Recta Medij Coeli, vel jam, Thematis Natalij. Hoc pacto simul hora addiscitur. Nam si sidus observatum est ipse sol; statim hæc ipsa differentia elicita, tempus indicat, scilicet horas i. Min. 41. illic, post Meridijem; hic, ante, hoc est, Hora 1 o 19, à media nocte. Sin autem aliud sidus fuerit: tunc per elicitam differentiam constituta Asc. Recta MC. comparatur cum A. R. Solis, & differentia utriusque detegit Horas; quæ, si Solis A. R. sequebatur, à Meridie sunt numerandæ; sin antecedit, ablatæ à 12. vel 24. relinquunt Horas à media nocte vel meridie antec.

Percept. 27

QUOMODO VENIATUR IN COGNITIONEM ASCENSIONIS OBliquæ Horoscopi, & per eam Gradus orientis, cæterarumq; ordinis DEMORVM.

PRÆCEPTVM 200

PRINCIPium erigendi Thematis est sciendum ab ista. Habetur autem vel ex Asc. R. M. C. vel ante eam. Prior casus est, si tempus fuerit determinatum per observationem altitudinis alicujus sideris; aut si horæ sint indicatæ, currentes à meridie vel media nocte: nisi sunt quidem Germanis usitata Horologia dimidiata, numerum Horarum incipientia & à meridie & à media nocte. Si horæ sunt temporales; resolutæ in tempora Æquatoria, addantur ad Solis Asc. Rectam; sin à m. n. addantur insuper tempora 18 o. ita constituta erit A. R. M. C. cui additis 90. Temp. & à sumâ rejectis 26 o. si excreverit, definita erit hæc A. O. Horoscopi.

Aliis verò nationibus in usu sunt Horologia vel ab occasu incipientia, vel ab Ortu solis, vel ab utroque; vel etiâ à sine vel initio lucis creperæ; hoc est, ab aliquo momento, quod communiter (emisse Horæ recedit ab ipso momento Occasus vel ortus. Ea res circumspectio opus habet, ut concipiatur tempus exactum ab ipso Occasû vel Ortu. Quod si jam vel ex Calendario, vel per Præcepta, nota sit quantitas, illic semidiurna, hic seminocturna; facili est ejus additio ad horas istas; ut etiam sic sciatur Hora, à meridie illi, hic à mediâ nocte. Sed si quis cæter Tabulis Demorum, in quibus quærat Horas istas; ei non erit opus, ex datis horis ab Ortu vel Occasû, prius dicere horas à Meridiano. Quin potius dati loci Solis quærat Asc. Obliquam vel ex vulgaribus Tab. Asc. Ob. vel, si his caret, etiam ex istis, hac methodo. Excerptantur Solis Asc. Recta & Declinatio, & per hæc computetur Dis. Ascensionis, ut quæ etiam ad quantitatem diu fuerit opus. Hæc in signis Sept. ablata, in Meridianalibus addita ad Asc. Rectam loci Solis, constituitur ejus A. Obliqua. Itâ non erit opus recurrere ad angulum Orientis, nisi consensus causa. Invenit verò Asc. Obliquæ Solis, aut eius loci oppositi, addantur Horæ ab Ortu aut Occasû. (In Tempora Æquatoris resolutæ) consuetur, ut prius, Asc. Obliquæ Horoscopi. Ab hac verò si auferatur 9 o. (scilicet, si fuerit opus, integro circulo) residua erit A. R. M. C.

His inventis, excerptantur punctum Eclipticæ culminans, quod erit cuspis Domus I. Excerptantur autem simul etiam Angulus & Declinatio respondentis, propter usus sequentes.

Ad inquisitionem Horoscopi, seu domus I. ex ejus Asc. Obliquâ, dux sunt viæ præcipuæ. Hatum eam, quæ accuratior, hic expedit sequi. Declinationem puncti culminantis jam excerptam, si fuerit septentr. aufer ab alt. Poli; si meridiana, adde. Itâ (in Triangulo inter V. verticem, C. culminans, & N. nonagesimum Eclipticæ Gradum ab oriente) constituetur arcus VC; prius verò & angulus VCN fuit excerptus. Log-i verò utriusque junctis, summa, ut Log-us, dat arcum VN, ejus Antilog-us ab Antilog-o VC abiatum, relinquunt Antilog-um arcus NC; & hic culminanti puncto per semicirculum Ecl. ascendentem adjectus, per descendentem demptus, detegit Nonagesimum, seu punctum Eclipticæ hæc vice altissimum, à q. Horosc. distat tribus totis potior signis.

Præcept. TVM 201

Præcept. TVM 201

Præcept. TVM 201

VT, IN GENESI RUDOLPHI, quia Sol in 5 12 Di. ejusq; Asc. recta 127 34, adde horas 6 52 post meridiem Tempora æquatoria 103, sit A. R. M. C. 230 84. culminans 22 59 W., ejus angulus 75 18 50, Declin. Merid. 25, quam adde altit. Poli Viennensis 48 22 procreatur VC 66 57. Sic igitur operandum.

Arcus	Log	Ans
VCN 75 19	3322	
VC 66 57	3319	9372
VN 68 55	11645	78569
NC 39 48		13803

Hic arcus NC demptus de culminantæ, cum sit ex descendente semic. relinquunt Nonagesimum 22 11 22. ergo Horoscopus seu Domus I est 22 11 Capricorni.

PRÆCEPTVM 202

AM ut inquiri possint Domus cæteræ, secundùm Ratiõalem modum REGIOMONTANI; initio debet inquiri altitudo Poli super Circulum Domus cujusq;.

Ad Log-um altitud. Poli super Horizontem loci enjũ (quæ adde pro Domibus X I. & I I I. Log-um Gra. 6 o. scilicet 14584. pro Domibus X I I. & I I. Log-um Gradus 3 o. scilicet 6935, si minus excerptat arcum; hujus Antilog-us abiatum ab Antilog-o altitudinis Poli, relinquunt Antilog-um altitudinis ejusdem Poli super circulum Domus propositæ.

Log	Ans	Log	Ans
Alt. P 48 22	29114	Alt. P 48 22	29114
Pro XI et III 14584		Pro XII et II 6935	
40 20	43498	27143	21 57
Alt. P 29 22	57150	Alt. P 44 15	57150

DEINDE opus est Ascensione Obliquæ super circulum cujusq; Domus, quæ habetur, additis ad Asc. Rectam Medij Coeli seu Domus X. tricenis Temporibus pro singulis rectis Domibus succedentibus.

M I S

145
143
149
139
154
134
194
094
244
044

Ende
Anfang